



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronicon Monasterii Bödecensis Ordinis Canonic. Regul.  
S. Augustini in Diœcesi Paderbornensi**

**Probus, Johannes**

**Monachij, 1731**

**VD18 12260568**

Caput XX. Quòd agenda, ut fierent, prædisposuit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64645)

C A P U T XX.

*Quòd agenda , ut fierent , pradisposuit.*

**A**Udi nunc prædicti Prioris sollicitudinem satis diligentem pro operibus agendis & perficiendis ; nam ne in exequendis operibus aliqua negligentia impedimentum præstare posset , idcirco præfatus Prior , prout frequenter omni die post completorium ( saltem cum feriata sequeretur dies ) Procuratore suo , Magistròque agriculturæ ad se vocatis , ita singula crastina die facienda fieri disposuit , ut eadem die illucescente omnes & singuli de sibi necessarijs antea provisi absque ulla dilatione ad agenda cum festinatione properarent.

C A P U T XXI.

*De diligentia Prioris circa alienata bona.*

**V**enerabilis insuper Prior , de quo agitur in præsentì , circa alienata bona sui Monasterij tam fidelem pro eorundem recuperatione sese exhibebat , ut quidam militaris eum ob hoc ægré ferens pecunijs quamdam personam de numero prædonum ( qui præfatum Priorem interficeret ) subornaverit ; Nec sic ab ineptis præfatus Prior cessans Monasterij bona virili animo , ut reduceret , laborabat ; Is verò , qui Priori mortis foveam in animo præparavit , horribili iudicio præventus , in foveam ipse ruit , quam effodit.

C A P U T XXII.

*Modus , quo Laici circa exteriora in disciplinari vita servabantur.*

**A**Udiatur nunc laudabilis modus , quo subditos sibi Laicos DEO eum juvante in disciplinari vita custodierit : nam dum Laici sui Monasterij foris in campis aut sylvis laborabant , prædictus Prior secundum Monasterij facultatem pro refectio-  
cibum